

ria, iuxta tradita per Navar. in Manuali, c. 27. num. 48. credit idem Navar. consil. 23. tit. 2. ad fin. de peniten. & remiss. At vero in foro fori, sententia excommunicationis prædictæ teneret, nisi expresse contineret prædictum intolerabilem errorem, vel constaret de impossibilitate solvendi, vel hoc esset notorium, quia tunc esset nulla, iuxta regul. iuris, de quibus supra alio capite differuimus, & in terminis tenet Cordub. in suo tract. de casus de concientia, quæst. 20. circa finem, versicul. Lo quarto, & c. ubi hoc intelligit de veta impotentia & concurrente contritione, & intentione solvendi, quamprimum poterit.

82. Superest tunc videre de praxi monitoriarum. Et primo, si ille, contra quem decernuntur monitoria, compareat in termino illatum coram decernente, dicendo, quod rem, de qua in monitorialibus, si eam tenet, non habet cum peccato, nec contra conscientiam, sed iusto titulo, estque paratus stare iuri coram iudice competente, coram quo se remitti petit & desisti à monitorialibus, quia à præceptis non est inchoandum, secundum Ias. in l. ne quisquam, §. ibi decretum, col. 2. num. 4. & §. ff. de off. praef. & legat. & ideo eas esse renovandas secundum Ias. num. 11. & Lancellot. in l. si patet quo poenam, col. 2. C. de pact. aut saltem resolvi in simpliciter citationem virtute sue compatitionis, Doctores in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de oper. nou. nuntiat. & in terminis monitoriarum Cardin. & Lanfranc. in Clement. dispendiosam, super glof. verb. pramoniti, de iudic. & Bernard. Diaz. ubi supr. limit. 5. alias protestatur de nullitate, an sit audiendus & remittendus ad suum iudicem, necne?

84. In quo dicendum est, quod iudex Ecclesiasticus hoc casu teneret eum remittere ad suum iudicem, quia ad Ecclesiasticum non pertinet cognoscere, an iuste vel iniuste teneat, nec poterit excommunicare, etiam in genere, secundum Innocent. Ioan. Ande. Ant. de Butrio, & Abb. in cap. nouit, num. 53. de iudic. Innocent. in cap. statimus, de off. delegat. col. 2. post glo. ibi, subinueniens, quod in oculis quando quis est confessus factum, non est ulterius cogendus; Alias enim secundum supra dictos nisi ita diceremus, sequeretur inconueniens, quod iudex Ecclesiasticus trahere posset omnes causas ad suum forum: quia comparatione facta, nisi peccatum esset notorium, si denuntians vult quod procedatur coram Ecclesiastico, debet probare, quod talem rem occupans tenet eum peccato: quod est valde difficile, secundum Abbatem in dicto cap. nouit, columna antepenultim. in 6. additione, de iudic. ubi dicto num. 53. post Innocentium & alios, quod ad excludendum probationes, quas faceret iuste denuntians pro retinendo causam coram Ecclesiastico, sufficeret denuntiatio allegare aliquam causam probabilem & verisimilem, ex qua talem rem teneat, puta, quod ad eum perueniret ex causa emptionis vel alia iusta, nec eam tenetur probare, nisi alias contra eum præsumptio laboraret, puta, quia esset vir modicæ fidei, vel si à principio pure negasset, licet Hostiens. & Felin. ibidem, num. 17. aliud, velint, nempe, quod si denuntians probat rem non esse denuntiatam, non videtur quod denuntiatum possit se excusare, si allegaret aliquod probabile, si id non probat, nihilominus prius verius & tenendum videtur ex rationibus Abbatis ubi supra, & ne vi plurimum iurisdicção secularis eneruetur. Quod fortius procederet, quando iste denuntiatum talem causam probabilem allegaret cum iuramento, quia huiusmodi iuramentum malam præsumptionem excluderet, secundum Anto. ubi supr. col. 12. Et hanc praxin & sententiam principalem prædictam tenet Ambrosius de Vignate, quem refert & sequitur, summans eius fundamenta, Guido Pap. singul. 708. de monit. Et idem late probat Ioan. Neuz. in l. 3. Sylva. Nupe. num. 51. & sequ.

sequendo opin. Abb. ubi supr. & in fine, n. 54. inquit, quod secundum aliquos legitime non pro palati non creditur, vt in Clem. 1. ubi gl. & Cardin. de venent. Abb. in dist. c. nouit, vltima additio, & quod an legitime pro palauerit, vel non, iudex Ecclesiasticus cognoscere.

Sed contra supra dicta videntur facere, quæ statim idem auctor n. 59. annectit, ubi quærens, an iudex Ecclesiasticus possit cognoscere, an debeat Titius restituere mihi talem rem, vel sufficiat pronuntiasse, eum esse excommunicatum, & remittere postea tunc cognitionem 86 causæ iudici laico? Respondet, quod imo ipse Ecclesiasticus debet cognoscere, an res sit mihi restituenda, tum quia connexum est peccato, & de connexis idem est iudicium, vt in cap. translatio de confit. item, quia accessorium sequitur naturam Principalis, vt in regula accessorium, de regul. in 6. item, quia iudex præparatorij, est iudex præparati, secundum Ias. in quæst. 3. C. de iud. Dec. rub. eod. tit. in decretalib. nu. 2. Item, quia talis celsura fulminat, vt exeat de peccato & peniteat: sed penitentia sine restitutione (cum ipsa potest fieri) est infructuosa, vt tenet Felin. in cap. ex tenore, in princ. col. penult. num. 18. de rescript. Laurent. Rodolphus in tract. de usuris, 2. par. quæst. 27. num. 8. vol. 16. tract. diuers. Doct. fol. 137. Non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, iuxta iuris regulam vulgarem, 4. de regulis iuris in 6. Sed nihilominus vtrunque existimo verum esse & tenendum, intelligendo vnumquodque in suo casu: Primum, quando ipse monitus comparet in termino monitoriarum, offerens se paratum stare iuri coram iudice competenti, coram quo petit se remitti, & petit desisti à monitorialibus, quia possidet rem iusto titulo, non vero cum peccato nec contra conscientiam, vt est prædictum: Secundum vero, quando monitus non comparuit, sed alij reuelauerunt eum: tunc enim non solum debet à iudice Ecclesiastico declarari excommunicatus propter contumaciam & inobedientiam, sed etiam cogi, præmissa causæ cognitione necessaria ad re restituendam: Nec enim debet pro rei restitutione eum remittere ad iudicem laicum, ex rationibus prædictis: sed si ipse excommunicatus in contumacia, comparet petens absolutionem purgatis expensis, allegans se esse paratum coram iudice suo competente iuri stare, quia possidet rem cum legitimo titulo, non vero cum peccato, si que petat desisti ab ulteriori processu monitoriarum, dummodo contra eum non constet nec probeatur contrarium, non video cur audiendus non sit, ex prædictis supra in prædicta praxi: Itaque præfatus auctor Syluæ in supra dictis duobus, quæ prima facie videbantur contraria inter se, hoc modo est intelligendus & saluandus, quamuis ipse se satis non explicauerit: Hoc namq; modo vtroque stare potest, intelligendo, & limitando secundum assertum prius præcedens, quod secundum debet limitari, si lis pendet contra tunc Titium coram iudice laico pro illa re, & postea pro habendis probationibus, concessæ fuerint monitoria generalia, & iste Titius non comparuit neque pro palauit, quia tunc non potest peti contra eum veniri ad excommunicationem in specie, quia ubi cepti est iudicium, ibi finiri debet: vt in l. ubi capim. ff. de iud. & continentia causæ diuini non debet, vt in l. nulli, C. de iudic. ita Neuzian. an. ubi supr. num. 60.

Secundo obseruandum est, quod quando lectis in Ecclesiæ his monitorialibus, & sic post earum executionem, aduersarius non comparuit nec restituit bona, practica est secundum Doctores, præcipue apostillam ad Felinum col. fin. in cap. nouit, de iudicis, vt detur libellus coram doctore, fidei faciendo de pro palationibus illorum, qui dixerunt contra eum, proponendo, quod est emanauerit monitoria generalia contra detinentes res meas, & contra scientes non reuelantes,

vt

vt patet ex ipsis, cum earum debita executione, de quibus fideles, licet alij propalauerit, Titium talem rem meam tenere, idem tamen Titius reuelare neglexerit nec restituerit curauit, imo eam indebitè detinendo, contra conscientiam perseuerat in peccato in contemptum consutarum Ecclesie, quare petit ipsum Titium sic in genere excommunicatum cogi ad penitentiam, & in specie & nominatim excommunicari, exindeque non absoluaatur, donec exeat de peccato, restituendo dictam rem, cum cæteris clausulis consuetis in libellis: Hæc namque conclusio libelli, sonat in denuntiationem Euangelicam, quia vt peniteat; & in iudicalem, vt restituat: quod est vtile ad uitandum conflictum opinionum, secundum Rochem de Curt. in dicto cap. nouit, chara 27. de iudic. oblatio libello, lis contestatur, recipiunturque probationes, parte citata ad videndum iurare testes, quia alias fidei non facerent: illisque publicatis, si nihil opponatur & reiterari iste Titius culpabilis, iudex pronuntiabit eum incurrisse dictas censuras in genere, præcipiendo sub pena excommunicationis in specie, quod exeat de peccato, & rem restituat: hæc est communis praxis secundum Syluam Nupcial. ubi supra nu. 57. dicentem, quod sepe eam vidit obseruari.

90. Nihilominus tamen ipse putat esse vtilius practicali alio modo, nepe concludendo in libello solum, quod cogatur ad penitentiam, nulla mentione facta de restitutione rei: Nam idem effectus omnino resultabit, quia non potest penitere, nisi rem restituat, vt est prædictum: erique magna vtilitas, quia in hac conclusioe sumus in denuntiatione Euangelicæ tantum, ex quo solum principaliter tenditur ad finem correctionis, vt volunt omnes in dicto cap. nouit, ubi Decius, n. 28. Abb. in cap. quemadmodum, col. 3. de iur. iur. in qua non requiritur litis contestatio nec ordo iudiciarius, secundum omnes in differenter in dicto cap. nouit, ubi dicunt, secus esse, quando petitur restitutio rei & sic in iudiciali: requiritur tamen bina monitio præcedens iuxta formam Euangelij, quia alias non procederet secundum Doctores in dicto cap. nouit, Specular. & alios quos refert & sequitur Maran. de ordin. iud. 6. parte, cap. de demutatione, nu. 5. pag. 347.

92. Imo etiam tunc nemine instante, dicecelsanus ex suo officio debet denuntiare excommunicatum nominatim & eum facere euitare, quando sibi constat, secundum Aret. in dicto cap. nouit, ad finem, Abb. in cap. Parochianos, 2. notabil. & inc. cum de sideres in 4. notabil. de fermen. excommunic. Quæ secunda praxis mihi magis arridet: vnde errant, t qui faciunt citare principalem ad allegandum causas, quare non debeat excommunicari, secundum Guid. Pap. sing. 708. & etiam iudices, qui statim visis pro palationibus aliorum, abique causæ cognitione excommunicant nominatim.

94. Vltimo aduertendum est, t quod licet, quantum ad excommunicationem in genere sufficiat vnus testis, secundum Imol. in dicto cap. nouit, col. 6. de iudic. secus ramen est, quantum ad excommunicationem in specie & nominatim, quia tunc cum agatur de magna pena, requiruntur plenæ probationes, secundum Abb. in cap. cum sit generale, col. 3. de foro compet. Bald. in cap. si factos in prin. de off. ordin. Neuz. ubi supr. n. 62. Vbi nu. præcedenti late agit, an pro palantib. sit legenda eorum pro palatio, quando postea examinantur in figura iudiciali, si referant se ad eam petendo sibi legi, prout communiter practicitur, & concludit, quod non, & quod si alias fiat, erunt suspecti: cuius contrarium vetius existimo & tenendum.

S V M M A R I V M.

1. Excommunicati impaenitentes, per Principem sacularum puniuntur.

- 2. Perseuerans tempus aliquid in excommunicatione, potest puniri ante annum pena aliqua temporali.
- 3. L. 1. diu. 5. de los descomulgados, lib. 8. Nova Collectio Regia, merito stabilita iustissima est, vt in muer. 4.
- 5. A iudice Ecclesiastico posse excommunicatos, de quibus in prad. l. Regia, eisdem poenis puniri, indubium est.
- 6. Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere contra laicum perseuerantem in excommunicatione ipsiusque nullitate, & temporaliter punire.
- 7. Excommunicatus punius in foro, poena d. l. Regia non poterit in altero amplius eisdem puniri.
- 8. Absolutus ab excommunicatione, in qua permansit per tempus a lege Regia prohibendum, an post absolutionem possit poena ab eadem imposita puniri, & nu. seq. nu. 19. assignatur concordia.
- 9. Inuentus dicitur qui est inuentus & captus & representatus Curie.
- 10. Non sufficit, quod probatum sit, quem cum armis de nocte incesse, nisi cum eis apprehendatur, ad puniam virtute statuti id prohibens imponendam, & quomodo hoc intelligatur, vide nu. 18.
- 11. Delictum semel commissum non aboletur ad evitandam poenam temporalem, propter penitentiam impositam à iudice spirituali pro consequenda absolutione, nisi esset sufficiens in vtroque foro & publice imposita, alias puniri potest à iudice laico.
- 12. Bigamus, si per Ecclesiasticum iudicem condigna poena non fuerit punitus, potest per secularem iterum puniri.
- 13. Idem est in blasphemio quamuis hic casibus moderanda sit poena, nu. 14.
- 15. Punius pro crimine mixti fori ab Episcopo poena canonica, potest per iudicem civilem puniri secundum iuris civile.
- 16. Absolutus in foro penitentia, non remanet absolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri possit.
- 17. L. 2. tit. 5. de los descomulgados, lib. 8. Nova Collectio, Reg. interpretatur.
- 20. Si quis indurato animo per annum in excommunicatione permanserit, contra eum tanquam suspectum de hæresi procedi potest, & quomodo hoc intelligatur, nu. 21. & 22.
- 23. Tempus quo quis in excommunicatione permanere debet, vt poena legis Regia puniri possit, debet esse continuum.
- 24. Tempus requisitum à lege, nisi aliud exprimat, debet esse continuum.
- 25. Triginta dies poena carceris imposita à lege Regia blasphemio, debent esse continui, nec sufficit, quod sint interpolati, computati in diuersis vicibus.

C A P V T XII.

De poenis permanentium in excommunicatione per mensem, & vltra.

IN Concilio Triburiensi, cap. 3. olim Patres decreuerunt, vt qui post excommunicationem inclinati non fuerint ad penitentiam subeundam, per Principem sacularum puniantur. Hinc est, t vt perseuerans per tempus aliquod in excommunicatione, possit puniri ante annum poena temporali, secundum Ananiam & Felin. e. postulasti, de homicid. quos refert & sequitur Dida. Couar. in cap. alma mater, 1. part. relect. §. 7. nu. 10. de sentent. excomm. lib. 6. circa finem. Quare t non immerito Reges Hispaniæ certis quibusdam poenis pecuniariis puniri iusserunt eos, qui per mensem & vltra in excommunicatione permanserint, vt cauetur in l. 1. tit. 5. de los descomulgados, lib. 8. Nova Collectio, Regia, quæ ita se habet. *Nada espiritual es al animo la obediencia murre la desobediencia, y desobedecer los mandamientos de la santa madre Iglesia,*

por que la sentencia de excomunion, es orna con que la Iglesia defende su libertad, y mantiene, y goberna las animas Christianas con justicia de Dios, y deve ser mucho mas temida y guardada, que otro finera alguna: porque no es mayor pena que muerte del alma; y asi como el arma temporal es mortal el cuerpo, assi la sentencia de excomunion mata el animas, es llave de nos Regnos de los cielos, que encienendo nuestro Señor al Apóstol san Pedro, y a su sucesores, y a todos de la Iglesia, les dio poder de ligar y absolver las cosas sobre la tierra: y porque el mayor quebrantamiento de la fe Christiana es el menosprecio de la santa Iglesia por ende mandamos, que qualquiera persona que estuviere descomulgada por denunciacien de los Perlados de la santa Iglesia, y por espacio de treynta dias, que pague en pena de excomunion maravedis, y si estuviere endurecido en la dicha excomunion seys meses cumplidos, pague en pena seys mil maravedis, y pasado los dichos seys meses, si per persistiere en la dicha excomunion, que pague cien maravedis cada un dia, &c. T las diez as per as sean partidas en tres partes, la tercia parte para la obra de la Iglesia Cathedral, y la otra tercia parte para el Perlado que la dicha excomunion pusiere: si que hodie cessat lectura antiquior circa valorem ditionum dictarum penarum, quam refert Covar. de monetis, c. 5. m. m. 1.

4. Quia lex et similes iustissime sunt, ut affirmat Didacus Simancas de institutione Catholica. tit. 27. num. 6. & Didac. Covar. in dict. cap. alma mater, 1. parte, §. 7. num. 10. circa finem, & valide secundum Didacum Perez ibid. pa. 18. in fine, & in principio sequentis, quia ponunt penam propter contumaciam, quae constat iudici seculari per denunciaciōem Praelati, ideoque sicut de aliis criminibus, de quibus ci constat, ut de usura, vel blasphemia & huiusmodi, est mixtum vel mixtum Ecclesiasticum sint, ab eo puniri possunt, quia non agnoscit iudex secularis, verum excommunicatione iusta vel iniusta sit; nec in crimen fit blasphemia vel contractus illicitus ex vi usurae & declaracionis, & sic de quidditate aliorum criminum, quorum definitio spectat ad iudicem Ecclesiae, sed prout iste reperitur tale crimen commissum, poterit puniri a Rege, qui per mensum & ultra in excommunicatione permanerit, in dicta l. 1. propter ipsam contumaciam, a iudice autem Ecclesiastico possit excommunicatus, de quibus in dicta l. Regia, eisdem poenis puniri indubium est, quia est crimen mixti fori: quinimo potiore iure puniunt huius criminis spectat ad iudicem Ecclesiasticum, quia ipse per praedictam contumaciam fuit offensus, & ideo tanquam offensus praefata l. Regia, eidem tertiam partem penarum applicat. Pro quo facit, quia iudex Ecclesiasticus potest cognoscere contra laicum perseverantem in excommunicatione, ipsumque multare & temporaliter punire secundum Abb. in cap. gravum de poenis quem refert & sequitur Marant. de ord. iudic. 4. parte princ. in 11. distinctione nu. 25. fol. 119. Si igitur hoc potest nullam rei, de qua agitur, apertorem penam poterit excommunicatis infligere, quam in hac l. Regia contentam arg. c. 1. & 2. de oper. non. num. & ita communiter praedictatur: Nam indices quoque Ecclesiastici solent punire huiusmodi excommunicatos, prout vidi sapissime, quia praxi & nos quoque vivimus in hoc tribunali Ecclesiastico Civitatis, cui praesumus: duaeque partes penarum pertinent ad iudicem Ecclesiasticum eas exsequentem, tum tanquam ad praetulum excommunicationem ferentem, licet non sit eadem persona, quae nunc exsequitur, sed successor, cum tamen sit idem praetulus in dignitate atque idem tribunal: tum & tanquam ad exsequentem, & tertia pars fabrica & Cathedralis, ut habet eadem lex Regia, quae ita servatur in hoc tribunali: punitus in vno foro praed. poenis, vel qualibet earum,

non poterit in altero amplius eisdem puniri, ut sentit etiam Didacus Perez, ubi supra, pag. 178. col. 2. ibi. Nisi esset si stitens in vtroque foro, & publice imposita quantum postea alia adducat, quae contradicere videntur: nihilominus tamen tenendum est, quod praedixi: Nemo enim pro eodem delicto puniri debet bis pena eiusdem l. quamvis crimen sit mixti fori, ut in c. alii clerici, de iud. & conuincitur ex pluribus limitationibus ad communem sententiam in contrarium adductis per Andr. Alci. in c. permissam, nu. 83. & seq. de off. ordin.

Verum illa tractatio est celebris in proposito atque in praxi sapissime contingens; An si aliqui persistunt in excommunicatione post denunciaciōem per multum tempus statim fuerit querendum absolutum, praedictaque absolutio obtenta, & reuersus ad gremium Ecclesiae accessurus fuit ad poenam dictae Regiae incursam, ipse respondit se non persistere, nec esse in excommunicatione, quia est iam absolutus, ut patet ex literis absolutiois, quas ostendit, an sit puniendus poena d. l. necesse.

Et primo videtur, hoc casu minime locum habere poenas dictae l. nec ipsius declinationem, quia ipsa loquitur in eo qui est in excommunicatione, & hic autem non est huiusmodi, quia est iam absolutus: Ergo ubi non conveniunt verba legis, nec ipsius dispositio locum habet, arg. cum l. 4. §. toties ff. de damn. inf. et. cum similibus, praecipue cum sumus in penalibus, & odiosis: iudicium enim restringi & fauores conuenit ampliari, ut in regula iuris vulgaris.

Secundo, quia, ut constat ex principio & praefatione legis, supponitur manifeste loqui in illis personis, qui actu sunt excommunicati, ut constat ex verbis supra relatis: non vero in iam absolutis ab excommunicatione, in quibus minime conueniunt verba nec mens praefationis: At vero dispositio legis refertur ad principium seu praefationem ipsius, atque iuxta eam intelligenda est, ut in l. Tria, §. ad rem respondit, ff. de verb. oblig. l. fin. ff. de hered. instit. irradidi late in reper. ambent. Sacramenta puerum, nu. 81. C. si aduers. vendit.

Tertio, quia ut praedicebam, lex Regia supra dicta puni persistentes diu in excommunicatione propter contumaciam & inobedientiam ipsorum; sed cessante hac contumacia, quia reducti sunt obedientiam Ecclesiae, ac proinde beneficium absolutiois meruerunt, eoque iam perfruantur, videtur quod poena ipsius cessare quoque debeat, cum iam sublata sit causa atque radix ipsius, arg. cum cessante, de appell. & l. aduere, §. quamvis ff. de iure patron. & l. quod dicitur, cum similibus, ff. de pact. quo fit, ut excommunicati non ante debeant absolui, quam Ecclesiae plene satisfecerint, unde absolutiois tempore solet interdum eis pro parte satisfacionis poena pecuniaria imponi: quae iuste potest ab eis exigi ad pios vsus, quemadmodum ceterus Cardinalium superioribus annis Paulo Tertio respondit, ut refert Simancas ubi supra, nu. 5.

Quarto, quia eadem lex Regia dicit, quae qualquiera persona que estuviere descomulgada por denunciaciōem de los Perlados de la santa Iglesia por espacio de treynta dias, pague en pena seyscientos maravedis, y si estuviere endurecido en la dicha excomunion seys meses cumplidos, pague en pena seys mil maravedis, &c. Videtur igitur verba illa, quae estuviere descomulgados, &c. & ea, y si estuviere endurecido en la dicha excomunion, iunctis illis, que pague, &c. que sunt praesentis temporis, ad effectum praesentem, tempore saltem accusationis referri: si que clare videtur inueni, ut intelligenda sint cum effectu, arg. l. si Barbatorem, C. de fide iustor. ubi, qui promisit se inuenturum latrone Barbatorem, tenetur illum exhibere: si que; ille dicitur inuentus, qui est inuentus & captus & representatus, curiae, ubi gl. i. inquit, quod licet huiusmodi promissor inueniret praed. latronem, non tamen est liberatus, nisi cum

eum exhibeat. Verba enim cum effectu sunt intelligenda, l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iur. & additio d. gl. 1. aduertit, quod eam legem notant Doctores ad quaestioem + statuti dicentis, quod si quis de nocte fuerit inuentus cum armis, puniatur talis poena; Nam non sufficit, quod quis visus fuerit de nocte cum armis, idque testibus probetur, sed requiritur, quod si corporaliter apprehensus cum eis, per dictam l. si Barbatorem, ut vult Bart. ibid. & in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. Cynus in l. licet, 3. qu. C. eodem tit. de acquir. possess. Estque communis opinio, ut praefata additio testatur, sequitur late probans alioque allegans Capolla in l. si fugiui, nu. 73. & seq. C. de seruis fugi. Palat. Rub. plura adducens in repet. cap. per vestras de donat. inter virum & vxor. §. 21. nu. 12. Didac. Perez in l. 2. in fine, tit. 3. lib. 1. ord. in col. 172. & iterum in l. 2. tit. 4. lib. 2. eiusdem ordin. col. 540. Antonius Gomezus late inferes ad plura alia in l. 4. §. Taur. num. 48. & sequentibus, ubi eam veram & magis communem doctrinam appellat: quamvis contrarium aduersus communem late probet Ripa in tract. de peste, in cap. incip. venio nunc ad modum, n. 10. 4. fol. 58. & seq. Ergo ita & eodem modo videtur dicendum in proposito, ut ad hoc, ut qui per mensum & ultra persistit in excommunicatione, puniatur poenis praefatis legis, requiratur ut tempore saltem accusationis sit & inueniatur excommunicatus, cum sumus in materia poenali; alias si iam sit absolutus, eum sit satisfacta Ecclesiae poenitentia salutarit impoita tempore absolutiois, videtur, quod nullo modo possit praedictis poenis puniri. Et ita iam in praxi in hoc tribunali Ecclesiastico obseruauimus, scioque; ab aliis exercitatisimis viris obseruatum fuisse in eodem & alio, ut videm mihi affirmauerunt.

Rursus his non obstantibus, contraria sententia verior videtur & tenenda, imo quod in specie praemissa, etiam post absolutioem, possit accusari & puniri poenis d. l. Regia, qui per mensum & ultra extitit in excommunicatione.

11. Primo, quia delictum semel commissum non aboletur ad evitandum poenam temporalem propter poenitentiam impositam a iudice spirituali pro consequenda absoluteione, nisi esset sufficiens in vtroque foro, & publice imposita, alias potest a iudice laico, ut in c. statimus, in vers. per temporalem praesentem, de maledic. & in cap. felicitas, de poenis, in 6. in vers. Per hoc quoque singularibus potestatis non adimimus facultatem vendi se-gibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholicos Principes ediderunt. Ex quo text. sumit argumentum Abb. 12. in cap. tua, num. 15. de procurat. & in cap. 1. nu. 7. de offic. ordin. quod bigamus, si per Ecclesiasticum iudicem condigna poena non fuerit punitus, potest per secularem iterum puniri, quae est communis opinio, quam eleganter declarat Antonius Gomezus de delict. cap. 1. nu. 40. & Covar. lib. 2. variat. resolut. cap. 10. num. 6. & Iulius Clarus in practica criminali, §. final. qu. 57. ad fin. In blasphemia idem est, ut tradit Auend. alios referens 2. parte 14. cap. 5. prator. n. 8. quamvis his + casibus minoranda sit poena secundum Boer. de off. 286. quem refert & sequitur idem Auendan. eodem lib. 2. cap. 16. nu. 16. ad fin. Et indistincte, quod si aliquis in crimine mixto sit condē-

15. natus ab Episcopo secundum + legem canonicam, possit etiam condemnari a iudice ciuili & puniri secundum ius ciuile, latissime probat, plures allegans testatque eam esse communem & ab ea non recedendum Alciat. in c. permissam, nu. 80. & sequ. de officio ordinarij, ubi quinq. modis limitat.

16. Sic etiam si absolutus in foro poenitentiari, non remanet absolutus in foro exteriori, quin de eodem crimine a iudice puniri possit, iuxta gl. communiter approbatam in cap. de his, de accusat. qua supra, cap. 2. num. 13. egimus. Ergo etiam si excommunicatus huiusmodi sa-

tisfecerit Ecclesiae, ac proinde imposita sibi poenitentia salutari ab eodem iudice, qui cum excommunicauit, sit absolutus, poterit accusari ac puniri, vel a iudice saeculari, vel Ecclesiastico praesentem, poena imposita a praed. l. Regia propter contumaciam tanti temporis existentia in excommunicatione.

Secundo, quia dicit l. Regia non requirit ad hoc, ut poena ipsius locum habeat, quod tempore accusationis sit actualiter inuentus vel apprehensus in excommunicatione, sicque cessat omnino quantum fundamentum contrariae partis, sed tantum, Quae qualquiera persona que estuviere descomulgada por denunciaciōem, &c. Nec exprimit, quod tempore accusationis vel sententiae sit excommunicatus, sed quod existerit excommunicatus per mensum vel sex menses continuos, &c. Hoc autem rectissime verificatur in illo, qui per id temporis spatium excommunicatus exsistit, quamvis sit iam absolutus: Ergo puniri poterit eisdem poenis, per regul. d. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto, a contrario sensu, nempe quod ubi verba legis conueniunt, ubi legis dispositio locum habet: inspiciendum est ergo tempus commissi & consummati delicti, & non sententiae, ad imponendum praed. poenam.

Tertio, quia si lex nostra Regia fundatur in contumacia atque inobedientia Ecclesiae ita diuturna, ea quamvis iam praeterita puniri poterit, quia est obediens iam sit, & in gremio Ecclesiae atque poenitentiam egerit, cum obtinuit beneficium absolutiois, illa poenitentia priuata est, non vero publica, nec de qua in nostra lege: cum igitur aliquis pro delicto mixti fori non est sufficienter punitus a iudice Ecclesiastico condigna poena, non impeditur, quin a iudice saeculari iterum puniri possit, ut tradit late Ant. Gom. in d. tom. de delict. c. 1. nu. 40. & ceteri supra allegari.

Quarto + & vltimo haec sententia vrgenter probatur in l. 2. tit. 5. dict. li. 8. noui collect. Reg. quae ita se habet: La pena que se pone a los descomulgados, se ha de llevar desde la sentencia de excomunion publicada, y denunciada que la Iglesia entia, y quando los descomulgados no apelaron, o si apelaro no siguieron la apelacion: y que la pena se ha de llevar del tiempo que fueren descomulgados, y no mas; las penas que se ponen a los descomulgados que por la Iglesia son toleradas, no se han de executar, licet namque habemus legem imprimis interpretantem atque declarantem dictam l. 1. praecedentem, ut procedat tantum in excommunicatione ab Ecclesia vitatis, secus in toleratis ab ea, de quibus supra late egimus e capitulo primo huius operis, ibique dicta sunt hic in memoriam reducenda. Secundo, ut intelligatur in excommunicatis non appellantis vel appellacionem non prosequentibus, quod existimo intelligendum iuxta iuris dispositionem, nempe ut appellatio interposita fuerit ante excommunicationem, secus si post, & sic quando appellatio non suspendit excommunicationem, iuxta text. in cap. pastoralis, §. verum, cum similibus de appellat. Tertio & nunc ad rem, habemus interpretationem in praefata l. 2. ad nostram primam, de qua agimus, quasi ad nostrum propositum concinam, nempe, que la pena se ha de llevar del tiempo que fueron descomulgados y no mas: patenter igitur satis insinuat atque exprimitur in illis verbis, del tiempo que fueron descomulgados, quod huiusmodi excommunicati possint praedictis poenis puniri pro tempore praeterito, quo fuerunt excommunicati, sicque eo tempore, quo sunt iam absoluti: Nam si adhuc tempore sententiae essent excommunicati, non vteret lex verbis praeteriti temporis, sed praesentis, nempe, que ha que stan descomulgados, vel praeteriti & futuri simul, scilicet, del tiempo que han estado, y estuviere excomulgados, ut proprie loqueretur; non igitur est dicend. hanc. 2. improprie locutam fuisse de excommunicatis tempore

præterito pro præfenti: & ita in terminis hanc sententiam expressim, quamvis breuiter, probauit doctissimi Couar. in 4. de sponsalib. 2. parte cap. 6. §. 8. num. 17. dicens: Ex quo subinfertur intellectus ad l. Regiam, quæ prima est tit. de excommunicatis lib. 8. ordinam. qua pena imponitur peccatorum in excommunicatione per mensem & annum, nam hic excommunicatus absolueudus est, licet penam illius legis non soluat, tamen est possit ab eo illa pena exigi, præfata semel absolute: Eandem sententiam latius probat Didac. Perez in dicta l. 1. pag. 178. colum. 1. in vers. sed est dubium, & sequi iterum pag. 183. colum. 1. Qua opinione recentia iam non obstant fundamenta contraria supra adducta, quoniam ipsa diluuntur ex adductis pro hac secunda, ubi priora contra eam reuertuntur: & præterea alia ratione quantum etiam cessat ex concordia Augustini de Arimino in addition. ad Ang. in tractatu malefic. in parte, dictus Andreas armatus, colum. fin. quem refert & sequitur Antoninus Gomez in dicta l. 45. num. 3. inter præfata magis communem sententiam, de qua meminimus in dicto quarto fundamento, & tenentes contra eam, nempe, quod si lex vel statutum puniat delictum, alias à iure naturali vel communi punibile, non requiritur apprehensio (adde tu, nisi aliud exprimat) si vero delictum non sit à iure punibile, sed nouiter puniatur à lege vel statuto, tunc requiritur actualis apprehensio: sed in proposito inobedientia atque contumacia, maxime tanti temporis, vt est prædictum, est maximum ac capitale peccatum, vt patet, quia ob id quis excommunicatur atque in excommunicatione perseverat: Ergo ad id puniendum penis dictæ l. Regiæ non requiritur apprehensio, præmaxime cum ipsa l. hoc expressim non exposcat.

19 Quid + tenendum: Certe hæc ingens controuersia sedari concordia poterit & vere meo iudicio hoc modo, vt prior opinio atque sententia negatiua recte procedat & locum habeat in iudice Ecclesiastico, qui excommunicauit; Is namque cum semel absoluerit excommunicatum in excommunicatione per mensem vel ultra permanentem vel absolueudum iusserit, licentiamque ad id præfiterit, absque exactione penæ, sed tantum imposita eidem salutari obedientia, qua videtur sibi satisfieri, vel reputare se contentum reliquamque penam eidem excommunicato condonate, cum tamen possit ante absolueudum eandem rem punire penis d. l. & non fecerit, non videtur quod possit postea absolueudum semel simpliciter præfata, eundem rem impetere siue condemnate prædicta pena, de qua in l. Regia; Hoc enim casu vigere adhuc videtur fundamenta prioris partis, vel quædam ipsorum, nec obesse contrarium: nisi iudex Ecclesiasticus ante absolueudum incepterit procedere contra huiusmodi excommunicatum ad penam dictæ l. Regiæ, & postea, sine tamen præiudicio ipsius processus atque accusationis iussisset eum absolueudum, quæ reputari debet hoc respectu d. penæ exigendæ ac si eum non absolueudum; Quandoquidem mentem suam declarauit ac tempore debito, hoc est, ante absolueudum formauerit processum contra eum & absolueudum sine præiudicio præd. processus ac iuris acquiritur concesserit. Hoc enim factum non videtur eidem reliquam penæ condonare nec se contentum omnino reputare: consilium tamen faciet iudex Ecclesiasticus, si prius excommunicatum puniat, quam absoluat: & hæc est praxis, quam diximus supra obtinuerit.

At vero secunda opinio affirmatiua supra fundata ac auctoritate doctissimi Couar. & Didac. Perez probata, recte procedat atque vera sit in iudice seculari procedente contra excommunicatum iam absolutum. Is enim iudex, cum eum non absolueudum nec absolueudum

potuerit, sed tantum Ecclesiasticus, qui eum excommunicauit, poterit absoluteudum etiam semel præfata ab illo penam d. l. exigere, cuius executor ipse ab ea factus est: hic namque fundamenta secunda sententia factis perstringunt. Accedit præterea quod præfati auctores nostri Cohispani eam tenentes, videntur vel saltem præsupponunt loqui iudice seculari quamuis id satis non aperiat Couar. alter vero expressissime.

Præterea obseruandum est, + quod si indurato animo quis censuris annexis in illis per annum inforduerit, etiam contra eum, tanquam de heresi suspectum, procedi potest, vt in Concilio Trident. sess. 25. in decreto de reformat. cap. 3. in fin. cauetur, licet vt hæreticus dandus non sit, iuxta gl. Inno. Hostiensis & ceteros Doct. in cap. vlt. de penis, dicentes hanc suspicionem sufficere, vt purgatio indicatur, Palat. Rub. in repet. cap. per vestras §. 18. num. 24. de donation. in vir. & vxor. Ioann. de Anania cum Hostiensis & alij in cap. postulasti, num. 2. de homicid. vbi extendit, etiam non si excommunicatus ex causa hæresis, & ibi Felin. Quod alios allegans sequitur D. Couar. in cap. alma mater. 1. part. relect. §. 7. nu. 10. de sentent. excommun. in 6. & latius plures allegans D. Simanc. de instr. Carol. tit. 27. num. 4. addens, quod quamuis ea suspicio non sit vsque adeo violenta, vt ob eam solam damnari quisquam debeant; sufficit tamen ad purgationem incendendam; quam si subire noluerit, & adhuc in excommunicatione + permanerit, tunc velut impenitens, pertinax & hæreticus condemnari potest, vt in cap. excommunicatus, §. qui autem de hæretic. cap. cum contumacia, eod. tit. lib. 6. alias enim sola suspicio prædicta leuis est, vt tradit optime, + praxin huius castis exponens auctor Directorij Inquisitionum, 2. par. qu. 47. quem refert & sequitur D. Couar. vbi sup. eandem suspicionem cum Palat. Rub. vbi sup. refert etiam Didac. Perez in d. l. 1. pag. 183. col. ad fin. * Et plura circa intellectum, dict. decret. de reformatione, §. 3. sacri Concilij Tridentini, nouissime post nos, vt credo, vel eodem tempore, scripsit Ignatius Salzed. in pract. crim. canonica Bernard. Diaz. cap. 116. per totum.

Vltimo + addendum duxi in proposito, quod ad hoc vt penæ huius l. Regiæ exigi possint, dies illi triginta vel sex menses debent esse continui, ita vt in omnibus illis continuo fuerit atque permanerit in excommunicatione: alias enim si aliquo tempore, licet minimo intermedio fuerit absolutus, licet postea reincidenter in excommunicationem, dum tamen per triginta dies vel sex menses continus non perstiterit in excommunicatione, non habent locum penæ d. legis: quia in dubio tempus requisitum à lege, + nisi aliud exprimat, debet esse continuum, arg. gl. in rub. in vers. hic notandum est. ff. de verb. oblig. sequitur Ant. Gomez in 3. tom. variar. c. de delict. nu. 3. & cap. de exilio & relegat. num. 2. Adde Greg. Lopez, in l. 2. tit. 28. part. 7. in gl. prima vlt. in vers. in an vero sufficiat. vbi loquens in pena carceris triginta dierum imposita + à Regia pragmatice blasphemio, decidit non sufficere, quod sint interpolati, computatis dictis triginta diebus in diuersis vicibus, sed debere esse continuos, quia vbi ius apponit tempus, intelligitur de continuo, vt in cap. 1. & ibi notat Ioan. Andr. de vita & honestate clericorum, l. 6. cap. laudabilem, cum gloss. ibi de frigid. & maleficiat. Ergo ita in proposito dicendum est, vt triginta illi dies vel sex menses, quibus quis perstiterit in excommunicatione, ad hoc, vt penis dictæ l. Regiæ puniri queat, debeant esse continui, nec sufficiat, quod sint interpolati in diuersis vicibus per supra dicta. Accedit huic sententiæ mens legis

legislatoris hoc significantis, cum dicit, *Que qualquiera persona que estuuiere desconfiada por denunciaçion de los Perlados de la santa Iglesia, por espacio de treinta dias, pague, &c. & ibi, si estuuiere endurecido en la dicha excomunion, seis meses cumplidos, pague, &c.* & præterea odium penarum: quare restringenda sunt, vt in regula inris vulgari.

S V M M A R I V M.

- 1 Occultum duplex est, primum, quod est omnino occultum per se & in ipso actu anime consistit.
- 2 Occultum secundo modo dicitur per accidens, quia exterius prodit nemine præfente.
- 3 Occultum tertio modo dicitur per accidens, quia non tamen adhuc est probatum iudicialiter nec pluribus notum.
- 4 Ecclesia vtrum habeat potestatem super actum anime pure interiores: negatiua eligitur.
- 5 Hæreticium mentalis solum, non incurrit excommunicationem nec aliam penam.
- 6 Propter crimen occultum secundo modo, hoc est per accidens & propter penam occultum, incurritur excommunicatione alia à iure imposita.
- 7 Hæreticium occultum per accidens, si secreto confiteatur Inquisitori crimen istud, & peniteat eiusdem, erit ab eodem Inquisitore absolueudum quoad penitentia iudicialium.
- 8 Cap. 5. inquisitionis 1. Hispanos declaratur, vt procedat in hæretico occulto per accidens.
- 9 Hæreticium pure mentalis, si coram Inquisitoribus occultissimum hæresim confiteatur, vel eam amico reuelat, petens ab eo consilium, non incidit in excommunicationem.
- 10 Propter crimen omnino occultum, nempe mentale tantum, non incurritur suspensio nec irregularitas.
- 11 Homicida occultus per accidens, an incurrat irregularitatem: & nem. seq.
- 12 Filius presbyteri, ex matre coniugata genitus, si sciat secreta per vtriusque parentis relationem se non esse legitimum, sed filium presbyteri, dummodo hoc sit omnino occultum, poterit sine dispensatione ad sacros ordines promoveri & beneficium curatum recipere, sed contra nam 20.
- 13 Irregularitas induci potest humana Pontificia constitutione in penam criminis exterioris, etiam occultis.
- 14 Crimina quadam sunt grauiora, depositione digna ab ordinis ministerio, quæ tamen non inducunt irregularitatem, vt sunt adulterium, falsum crimen, symonia in beneficio acquirendo commissa & peritium: alia tamen crimina sunt, quæ inducunt irregularitatem, nempe homicidium, symonia in ordine commissa & similia.
- 15 Episcopus an dispensare possit cum homicida occulto? & nem. seq.
- 16 Solus Papa cum homicida casuali dispensat, attento iure communi.
- 17 Cap. 6. in princip. de reformat. sess. 24. sacri Conc. Trident. declaratur & nu. 27. & 29.
- 18 Homicida occultus an possit celebrare, quando alia probabiliter timetur reuelatio delicti.
- 19 Lex naturalis & diuina, de defendenda fama propria præstat legi humane de abstinentia à sacro in irregularitate.
- 20 Potest quis suam conscientiam conformare, cum qua maluerit ex duob. opin. diuersis probabilibus.
- 21 Aduocatus in dubijs, vbi sunt diuersæ opiniones probabiles, potest defendere quamlibet earum.
- 22 Iura inter dubias opiniones, vnam eligere indiscriminatum, bona tamen fide, concedunt.
- 23 Episcopi, non vtra eorum vicarij, possunt absolueudum ab hæresi occultis, auctore Concil. Trident. hodie secum per

bullam in Cena Domini num. 31.
 28 Confessarij, quamuis per bullam Cruciatæ non possint absolueudum à crimine hæresis, fallit in hæresi mentali.
 30 Superior, cui referuatus est aliquis casus hæresis annexam excommunicationem absolueudum ab ea, subfata est referuatio, & potest remittere penitentem suo confessari absolueudum.

C A P V T XIII.

De irregularitate ex homicidio occulto proueniente.

Crimen + occultum duobus modis dici potest. Primo modo, quando aliquid est omnino occultum per se, quod ex sua ratione sibi vendicat non subesse cognitioni sententiæ, & ita consistit in solo actu anime interiori, vt nullo verbo, opere aut signo prodeat exterius, nec vilo modo sentiri possit sensu exteriori: & hoc dicitur omnino occultum vel occultissimum, quia soli Deo & ipsi homini habenti talem actum, per se notum esse potest.

Secundo + modo dicitur crimen occultum per accidens tantum, quod exterius verbo aut opere aut signo prodit aut percipi potest per sensum exteriorum: quamuis per accidens contingat, quod de facto à nemine alio videatur aut sentiat, quia nullus alius adest qui id percipiat, qui si adesset, videre posset, vt si in eremo quis proferret hæresim, vel alibi nemine præfente.

Est + aliud, quod ab aliquibus dicitur penam occultum, quia vni vel paucis notum est, per quos locus aut semiplene probari iudicialiter potest, non tamen adhuc probatum est iudicialiter, nec de facto publicum aut pluribus notum.

Superior duplex criminis occultis differentia latissime probatur per doctissimum Alfonso à Castr. lib. 2. de potest. leg. penal. c. 15. in princ. & Ant. à Cordub. vbi infra statim in 2. loco citabitur, & ab alijs, vbi de illa penæ occultæ etiam meminere. Circa primum occultum, quod solum in actu anime consistit, dubium est; vtrum excommunicatio incurrat per crimen hoc modo occultum, cui alius inest excommunicatio? Cuius quæstionis decido pendere forte videri poterit ab illa, quam latissime & fecundissime illustrauit F. Anton. à Cordub. in suo q. l. 4. de fide & Eccl. q. 13. vtrum + Ecclesia habeat potestatem super actum anime pure interiores, præcipuo prohibendo & puniendo: vbi refert tres principales in hoc plurimorum Doctorum, tam Theologorum, quam vtriusque iuris professorum sententias, singulas probando, quartamque & vltimam suam propriam. Primam negatiuam Durandi, Gerfonis, Florentini, Mediæ & aliorum. Secundam affirmatiuam, quam tenent plurimiluristæ, quos ibi refert. Tertiam mediam inter præcedentes, quam tenent communiter doctores vtriusque iuris, quorum plurimos ibi refert, dicens, quod hoc tempore est communissima hæc opinio & quod communiter practicator: sed prior opinio negatiua, ac per consequens, quod excommunicatio propter occulta peccata, primo modo non incurrat, magis communiter à Dd. tenetur, vt idem Cord. prius resoluit. l. 1. d. sui quæst. 9. §. 1. pag. 276. col. 1. in vers. ubi suppositis, & ante eum idem latissime probauit Alfonso à Castr. vbi supra, in 1. conclus. resoluens, quod qui commisit crimen aliquod ex se & ex sua natura occultum, vt est illud quod sola mente perpetratum est, nullam propter illud penam iuris incurrit, & ibi satisfacit Clement. 1. §. verum de hæresi, in 2. gloss. in cap. dolentes, de celebrat. Missar. in contrarium adductis, affirmans sibi magis placere multorum Theologorum opinionem, quæ communior & magis rationi consona est contra dictam glossam &

Adrianum, tenentes, Ecclesiam posse ligare & punire crimen omnino occultum, quod in corde laet, & nunquam ad exteriorem actum processit: Eandem negatiuam sententiam late & optime probat D. Siman. *de infirmit. Catholici* 42. n. 2. & sequent. dicens, quod est constans & recepta Theologorum sententia fere omnium aduersus Adr. Bald. & alios Iuristas: Eandem testatur potiore & communem Doctiss. Couar. *in regnl. peccatorum*, 2. part. regul. 1. n. 7. de reg. iur. in 6. aduersus Adr. quod libet 8. & alios, qui contrarium sequuntur sententiam & testantur etiam eam communem: sed negatiua proficitur esse communem plures eam tenentes congerens D. Ioan. à Roias *de heret. 1. part. n. 240.* quamuis ipsi n. 146. cum pluribus Iuristis, quos refert, probet contrarium minus bene: quo fit, vt iuxta suprad. hereticus solum in mente, hoc est, qui haresin suam sola mente concepit, nullatenus eam signo aliquo foras manifestando, non sit excommunicatus ipso iure, nec dominio bonorum suorum priuatus, nec alicui alteri pœna à iure contra hereticos statuta subiectus, vt late probat. Caltr. *ubi sup.* aduersus gl'f. contrariam *dist. Clem. 1. §. vero*, & ibi limitat & ante eum tenuit Caiet. *in 2. 2. quæst. 1. 1. art. 3. & 4.*

Quoad secundum autem occultum (& à fortiori in pene occulto) indubium est apud doct. incurri excommunicationem propter crimen præd. modo occultum, cui alias à iure est imposita huiusmodi pœna, secundum Cordub. *ubi sup. dist. lib. 1. qu. 35.* & ante eum Caietan. *ubi sup.* quod iure & ratione late probat Caltr. *ubi sup. in 2. conc.* & tenet omnes communiter secun. Simanc. *7. ubi supra n. 7.* Couar. etiam *ubi sup.* Hic vero hæreticus, si secreto confiteatur inquisitori crimen istud & pœniteat eiusdem, erit ab eodem inquisitore absoluentus, quoad pœnitentia iudicium, vt existimauit Ioan. Lupinus Decan. Segonien. *in trakt. de heres. qu. 11.* quem referunt & sequuntur *ubi supra* Couar. & Sima. *nu. 11.* sic interpretantes & instructionem primam Hispanic. *cap. 5.* vt loquatur in hoc occulto heretico per accidens, quamuis Ioan. à Roias *ubi supra n. 267.* & sequentib. eam minus bene intelligat in heretico mentali, & sic in occulto per se & sua natura, id etiam tribuens. *ubi supra*, cum tamen ipse contrarium expresse dicat, nempe esse intelligendum præfatam instructionem *dist. c. 5.* in heretico occulto de per accidens: Nam hæresis purè mentalis, quæ nunquam prodit in actum exteriorem, non eget, vt ipse ibi præfatur, absolute inquisitorum nec ab iurisdictione aut reconciliatione, sed sufficit illam proprio sacerdoti confiteri.

Si vero hæreticus pure mentalis coram inquisitoribus occultissimam haresin confiteatur, vel eam amico reuelet petens ab eo consilium, non incidet in eiusmodi excommunicationem, quia exterior ille actus est bonus, & hæreticus non protulit haresin asserendo illam Quare multo magis idem erit, cum hæreticus huiusmodi in foro pœnitentiæ intellectualè haresin confessus fuerit, quia non modo actus ille bonus, sed pius etiam & extra iudicium humanum *est ita tenet Franc. Victoria super Thom. 2. 2. quæst. 1. 1. art. 3.* Couar. *ubi supra*, quos refert & sequitur Sim. d. *tit. 42. n. 9.*

Sed quid quoad alias censuras suspensionis & irregularitatis, & an incurrantur propter crimen occultum; Et quoad primum modum occultum, de quo supra, concors omnium consensus est, quod non, quia requiritur factum exteriorem, vt huiusmodi pœnae incurrantur, secundum Cordub. *ubi supra dist. quæst. 35. ver. quoad secundum idemq.* constat ex traditis per Caltr. *ubi supra* iam relatis: quoad secundum modum occultum, nempe per accidens. Ingens controuersia est inter nostrates; An propter crimine, ob quod alias à iure irregularitas incurritur,

nempe homicidium, si ita occultum, sit, vt probari aliter minime possit quam per confessionem filius homicidæ ipsa incurritur?

Sunt etenim qui existimant, huiusmodi homicidam de quo agimus, si egerit pœnitentiam, non esse irregularem ac per consequens posse ministrare in ordine suscepto, & promoueri ad alium superiorem absq; dispensatione, quia Ecclesia non est obnoxia, cum peccatū illius sit occultum, vt dicitur in *c. Christiana*, 32. q. 5. nec tenetur Deo, quia iam illi per pœnitentiam satisfecit Ita Vinc. quem refert summa Angel. *verb. homicidium*, 5. quæst. 1. vbi etiam refert alios duos, nempe Ioann. & Laud. hoc tantum addentes, quod dispensatio Episcopii sit necessaria, quamuis Papæ dispensatio non requiratur: Eandem opinionem tenet Abb. in *c. ex tenore*, de temporib. ordinam. dicens, quod si crimen homicidij est omnino occultum, vt distinguitur contra probabile, id est, sic occultum, vt nullatenus possit legitime probari tunc si habeatur respectus ad legem promotionis publicam, non est opus aliqua dispensatione, vt promoueat ad ordines sacros & in susceptis ministrari: si vero respiciamus legem conscientie, informatam ex lege positua, tunc dicit, necessariam esse dispensationem non tamen declarat, quis eam concedere possit, an Episcopus vel solus Papa: sed eius sententiam Ang. *ubi sup.* declarat, intelligendam esse de dispensatione Episcopi. Eandem sententiam latissime probat Caltr. *ubi sup.* in tertia conclusione, egregie probans, nullam in hæresice contrarietate irregularitatem, ex cuius rationib. colligitur, non esse necessariam hoc casu dispensationem Episcopi. Pro quod adducit *c. ex tenore*, cui censeat, non obesse *text. in c. fin. eodem tit. & in c. inquisitionis*, in princip. eodem tit. quippe, qui loquuntur in casu, quo crimina occulta omnino non sunt, sed possunt in iudicio saltem paucis testibus probari. Et sententiam Abb. in *d. c. ex tenore*, in hunc sensum accipit, quod si homicida occultus agat in foro iudiciali, petendo promoueri ad ordines aut ministrare in susceptis, non indiget dispensatione, vt alterutrum horum iuridice petere possit: Quia licet dispensatione careat, non poterit illi petito denegari: sed licet non possit in foro iudiciali repelli, quia occultum est crimen illius, ille tamen quia optime agnoscit crimen suum in foro conscientie, sine dispensatione Episcopali, aliquid illorum agens peccat. Quam opinionem amplectitur summa Angel. *ubi sup.* quamuis, vt prædixi, iuxta rationes Caltri nulla dispensatio requiratur.

Ex quo infertur ipse Alf. à Cast. quod si filius presbyteri ex matre coniugata genitus sciat secretè per vtriusque parentis relationem se non esse filium mariti matris suæ, sed filium presbyteri, dummodo hoc sit omnino occultum, poterit sine ulla dispensatione ad sacros ordines promoueri, & beneficiis, curam animarum habens, recipere, vt ibi probare conatur.

Sed verius si multo est, hoc casu incurri irregularitatem propter homicidium ita occultum, vt nullo modo probari possit, quam per confessionem ipsius homicidæ, ac proinde nec in ordinibus susceptis huiusmodi homicidam ministrare posse, nec ad maiores ordines accedere absque legitima dispensatione eius, qui eà dare possit, de quo paulo inferius agemus: hocque est tenendum in foro conscientie, de quo agimus: Nam in foro iudiciali quis dubitat, cum homicidium negatum sit improbabile, necessariam minime esse dispensationem nec iudicem posse denegare præd. licentiam: & nihilominus ea vrens absque dispensatione, cum tamen occultissime homicidium ipsum commiserit, peccabit mortaliter: Nostra igitur hæc de re sententia tenenda id habet, per huiusmodi homicidium, de quo agimus, irregularitas in foro conscientie constitutione Ecclesie

contrahatur, quæ impedit exercitium ordinum susceptorum, atque promotionem ad maiores absque dispensatione: quo fit, vt cum hac opinione, teneat Abb. expresse in *d. c. ex tenore*, non rectè à Castro pro sua contraria citetur.

Quæ sententia primo probatur, quoniam indubium est, posse humana Pontificia constitutio induci irregularitatem in pœnam criminis exterioris, etiam occultum, quod nullis probari testibus valeat. Deinde constitutissimum est, ius Pontificium irregularem constituturè homicidam exteriorem, etiam si oculatissimus sit, ita vt nullis testibus homicidium probari queat, vt deducitur ex omnibus iuris canonici locis, quibus hæc facta statuta irregularitatis: Etenim propter homicidij exteriorem actum induta sunt absque distinctione, an is occultus vel publicus sit: qui autem aliud dixerit, nec esse habet id iure probat.

Secundo, quia & est sint quædam crimina, grauius quidem, atque idem deponitio digna ab ordinis ministerio, eaque perpetua, quæ tamen, siue publica, siue occulta sint, non efficiunt eius auctorem irregularem, nempe adulterium, falsi crimen, symonia in beneficio acquirendo commissa, & peritium, vt notatur in *c. de panis*, cap. *at si clerici*, §. *ultimo*, de iudic. in quibus est intelligendus *text. in d. c. ex tenore*, (quem pro se allegabat Caltr. *ubi sup.*) vbi dicitur, non esse quemquam prohibendum à ministerio ordinis sacri suscepti, neque ad alios promotione, si crimen occultum sit, id est, non deditur in iudicio per probationem, nec notorium aut publicum alioquin idem constat ex *text. in c. de his in primo*, 50. *dist.* Sunt tamen alia crimina, quæ ipso iure impediunt ordinis suscepti exsequutionem & ad maiores promotionem, vt homicidium, symonia in ordine commissa & his similia, in quibus, est omnino occulta sint nec possunt testibus probari, irregularitas adhuc iure Pontificio contrahitur, vt in *c. ultimo*, de tempor. ordin. vbi apparet, homicidium post peractam pœnitentiam adhuc impedire suscepti ordinis ministerium, & ad maiores promotionem, si nec notorium sit nec in iudicio probatum, sub quo homicidium exterius omnino occultum continetur: Igitur & hoc impedit facti ordinis ministerium atque promotionem ad eundem absque dispensatione: idem constat ex *c. nisi cum pridem*, §. *persona*, de reuoc. quo in loco gl'f. *latet*, & Ant. de Butrio hoc notat, & post alios Gundifalà Villadiego de irregularitat. *cap. diximus*, & *capit. dixi ulterius*, Henricus in *d. cap. ultimo*, de temporib. ordinam. *gl'f. & omnes in d. c. inquisitionis*, de accusacionibus, *gl'f. etiam d. c. si*, & in *c. accusatum*, de symonia, Abb. in *dist. cap. inquisitionis*, vbi reprobant sententiam gl'f. ibidem contrariam, vt erroneam & contra communiter doctores, Eandem partem probat Turretremita in *dist. cap. de his*, el. 2. alioq; refert eam tenentes, ibi namque ex proposito dictam questionem tractat: sequitur etiam Syluest. in *summa verb. homicidium*, 3. qu. 8. & *verb. crimen*, 9. §. 5. & in *tit. de dispensat. q. 7. nu. 12.* & Nauar. in *Manual. Latin. cap. 27. num. 239.* & optime doct. Couar. reprobans Caltr. *ubi supra* in *Clement. si furiosus*, de homicid. in *secunda parte relectio*, §. 3. num. 4. Late & optime Anton. à Cordub. *dist. lib. prim. questionar. qu. 35. pag. 276.* & sequentib. qui id probat à fortiori in crimine pene occulto, de quo supra. Quæ opinio hodie expresse approbat in Concil. Trident. *sess. 14. cap. 7. de reform. id quod etiam fatetur Caltr. ubi supra*, contra suam sententiam, dicens esse illud decreto reuocandum, prout illam ex tunc reuocit, quia Ecclesie nouum decretum statuente, necessario obedire oportet.

Supraest hæc, qui poterit super hac irregularitate dispensare an solus Papa vel etiam Episcopus: Et quidem, vt supra allegati auctores affirmant, Episcopus id facere

potest, quod & probauit Archid. in *d. cap. de his*, 50. *dist.* & Federic. de Senis *conf. 168.* Anch. in *regul. peccati omnia*, de regul. iuris, in 6. col. 3. ex *text. optimo in d. c. nisi cum pridem*, *verf. si tamen culpa lata*, de reuoc. Sequitur expresse Couar. *ubi supra* *dist. m. 4. in princ. & in vers. ex quibus ipsa colligitur*, vbi eam probat, etiam stante *sessio. 14. sacri Concilij Tridentini*, *dist. cap. 7. de reformationibus*, vbi statuitur: *Homicidam voluntarium non esse promouendum ad sacros ordines, nec ab beneficiis, etiam si homicidium, non fuerit in iudicio probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum*: Nam secundum ipsum, ille canon fortassis intelligendus erit in homicidiis, quæ licet sint occulta, possunt tamen probari, nec sunt omnino occulta, occulta enim omnino ipse appellat, quæ nullis testibus probari possunt, nec aliter quam per confessionem delinquentium, quamuis opere exteriori contigerint: sic eum intelligit in homicidiis occulto per accidens, quod aliter quam per confessionem delinquentis probari non potest, in quo poterit dispensare Episcopus iuxta ius commune. Hic tamen præfati auctoris intellectus ad d. decretum Concil. diuinationis morbo quodammodo laborare videtur: quare verius existimo atq; tenendum, vt stante præd. decreto Concil. & alio infra allegando, Episcopus nullo modo possit dispensare in irregularitate ex occulto homicidio voluntario, etiam quod nullis testibus probari possit. Primo, quia ibid. indistinctè probari videtur Episcopi dispensatio in huiusmodi irregularitate ex homicidio occulto: Ergo id intelligendum est in secundo occulto, hoc est, per accidens, nempe in illo, quod nullis testibus probari potest, & in illo, quod pene occultum sit, quia vel duobus testibus probari potest, non tamen est publicum, Nam cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, vt in *l. non distinguemus*, *ff. de arb. & in l. de pretio*, *ff. de Publ. in rem actione*. Secundo id probat ex eodem decreto Conc. Trid. in 2. part. in *vers. si vero*, vbi in homicidio casuali, quod est minus graue quam voluntariu, adhuc dispensationem Papæ requirit. Nec obstat si respondeatur, Concil. in hac parte minime agere de occulto, nec in c. de publico intelligendum esse, sicut iure communi attentio solus Papa cum homicida casuali dispensat, vt tenet Abb. in *c. cominebatur*, de homicid. *idem & ceteri DD. maxime Marian. Soc. n. 95.* in *c. ad audientiam*, eodem tit. l. 1. §. 1. *par. 1. D. Couar. ubi supra*, num. 5. in *princ.* Nam cum in prima parte præcedenti egerit Concil. de homicidio publico & etiam de occulto, nec in secunda loquatur de publico nuncupatum, in vtroque censendum est loqui etiam in secunda. Quod si adhuc instes, in casuali homicidio occulto dispensare posse Episcopum ex alio decreto eiusdem Concilij statim citando, à contratio censetur, prout re vera videtur, ac proinde præcedens decretum d. c. 7. *sess. 14. in d. 2. part.* quatenus interdicitur videtur Episcopis dispensare cum homicida casuali, intelligendum tantum de publico homicida casuali, non vero de occulto: respondeo, quam modo fundamus sententiam, saltem ac rectius probari in præd. decreto eiusdem Concilij statim citando, quamuis in hoc secundum fundamentum inefficax quibusdam videatur.

Tertio, hæc nostra sententia comprobatur ex *cap. 6. in princ. de reformationibus*, *sess. 24.* eiusd. Concil. Trident. vbi dicitur: *Liteat Episcopus in irregularitatibus omnibus & suspensioibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis aliis deductis in forum contentiosum, dispensare*: Ergo nullo modo poterit dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio exteriori voluntario occulto per accidens, nec in pene occulto, quia exceptio debet esse de regulari, vt late Dynn. in rubrica de reguli iuris, in *sexto*, num. 15. Bartol. in *l. in his*, & ibi doctores. *ff. de legib.* Decius in *lib. 1.*

1. i. nu. 30. ff. de regul. iuris. Cum igitur egerit Concilium in principio illius c. de irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, & excipiat eam, quae oritur ex homicidio voluntario, consequitur sensibile in hac parte Concilium etiam in proueniente ex homicidio voluntario occulto per accidens: Nullo ergo modo poterit Episcopus dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio exteriori voluntario pene occulto, nec in occulto per accidens. Requiritur ergo hodie in nostro casu dispensatio Papae, nec sufficit Episcopalis, & in terminis per d. prius decret. ita tenet Nauar. ubi supra. n. 240. ad fin. sentit idem prius num. 194. ubi allegat secundum praedict. decretum Concilij, cap. 6. section. 24. & clarius Anton. à Cordub. in sua Summa de casis de conciencia, question. 41. in versic. de lo suo dicto.

19 Quare licet iure communi attentio, Episcopus possit dispensare cum quocumque homicida, ut in minoribus ordinibus iam susceptis possit ministrare, iuxta magis communem sententiam DD. tamen si quoad homicidium voluntarium nullibi probetur, sed tantum in casuali: & praeterea licet etiam Episcopus possit cum homicida, etiam voluntario, quoad simplex beneficium obtinendum dispensare, ut in cap. 2. de cleric. pugnans. in duel. & ibi Doctores, & alibi secus quoad beneficium curam animarum habens, ut in cap. 1. de filiis Presbyter. in sex. ut resoluatur Couar. ubi supra. n. 6. attamen hodie post Concilium Tridentinum. d. c. 7. non potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad villos ordines, neq; ad vllum beneficium, etiam simplex, quamuis cum alio homicida, quam voluntario, possit dispensare quoad ordines minores. per d. c. 2. de cleric. pugnans. in duel. & ad beneficium simplex & etiam ad retinendum curatum iam obtentum, licet non ad id obtinendum de nouo, iuxta Decium in cap. at si clericus, §. prim. nu. 16. de iudic. concordantem sic opinionem contrarias, ut refert Nauar. ubi supra. d. nu. 240. & quod proximis de homicida voluntario, ut cum eo Episcopus dispensare non possit, intelligo, siue publico siue occulto: quod autem de casuali dispersum est, ut nec in eo dispensare possit Episcopus, intelligo de publico: Nam cum casuali occulto Episcopus dispensare poterit indistincte, ut in dictis decretis S. Concilij. & in praecedentibus diximus.

20 Ex quibus + fit, non esse omnino verum, quod Alfonso à Castro ubi supra, ex sua opinione inferebat de filio Presbyteri ex coniugata genito, hoc sciente in secreto, ut possit ad sacros ordines promoueri & beneficium curam animarum habens, recipere sine dispensatione: Et ita de eo dicto expresse dubitat D. Couar ubi supra, nu. 4. in versic. hinc infra, allegans contrarium tenentes Ant. in cap. 1. de filiis Presbyter. & Gundisal. à Villadiego in tractat. de irregularitat. cap. dixi vltimus, quod illegitimi, atque ideo ipse Couar. super hac decisione cogitandum esse amplius censet. Verum supra dictum corollarium Castrum falsum esse probat Anton. à Cordub. lib. 1. question. qu. 35. pag. 279. col. 2. versic. ex supra dictis, cuius in id Nauar. in dict. Manual. Latin. cap. 27. num. 201. ubi satis contradicere videtur dicto corollario, quamuis ibidem Castrum non citet: contrarium etiam tenet idem Nauar. dict. capitul. 25. numer. sexagesimo nono.

21 Obseruandum + est praeterea in proposito, quod in casu, quo probabiliter timeretur talis peccati, nempe homicidij, quomodo occultus reuelatio, ac proinde infamatio contra eum, ex talium censurarum etiam excommunicationis vel irregularitatis obseruantia, puta ex non ministrando in ordine vel beneficio iam habito vel suscepto, tunc post debitam contritionem, & confessionem liceret in conscientia absque dispensatione in eis ministrare & celebrare, durante praed. discrimi-

ne duntaxat, ita quod propter hoc non incurrat peccatum contra legem Ecclesiasticam, aut censuram aliquam, dummodo talis non sit in mora petendi absolutionem vel dispensationem ab eo, qui secundum ius à tali censura absolueret se dispensare poterit, quia nullus tenetur se prodero nec facere vnde suum peccatum occultum prodatur vel sit vehemens suspicio de eo, nisi quando ipse alias ad id tenetur ad cavendum aliud peccatum seu aequae graue damnum tertij, quod non aliter quam prodendo cauere possit, ut in terminis tenet Alfonso, à Castro. de potest. lib. 2. c. 15. in versic. circa istos, & Nauar. d. c. 27. nu. 239. Victoria in sua Summa, tit. de excommunic. q. 13. latius Ant. à Cordub. in Summa De casis de conciencia, q. 41. ad fin. & plures allegans idem in suo questionario, lib. 1. d. qu. 34. pag. 279. in fin. & col. seq. ubi inquit, quod supra dictus criminofus in tali discrimine existens non poterit promoueri. Eandem sententiam, loquens in occulto homicida, ut praemissa pura confessione celebrare possit sciens quod eius peccatum reuelabitur, si se absteineat à re facta peragenda, quia tunc ius diuinum de seruanda fama praeualer positum de non ministrando in irregularitate, probat & tenet Ledesma in secundam 4. lib. q. 26. art. 2. p. 366. col. 1. & quamuis in hac vltima obseruatione contrarium expresse probet D. Couar in c. alma mater, 1. par. rel. §. 2. n. 11. versic. quamobrem, & alij plures doct. ubi affirmant Cordub. ubi supra. verior tamen, aut saltem probabilius & tenendum, ne dicam probabilior, existimo superiorem Castr. Nauar. & ceterorum sententiam, tum + ex supra dictis, tum etiam, quia lex naturalis, & diuina de defendenda fama propria, praestat legi humanae de abstinentio à sacro in irregularitate, per ea quae tradidit in Nauar. in eodem Manual. c. 7. nu. 2. & 3. & F. Angles in suis florib. Theol. q. lib. 1. in qu. in confess. In difficultate, quando ex confessione alicuius peccati timeretur malum aliquod pene vel culpa, poterit ne penitentis illud peccatum celaret in secunda confessione, pag. 297. Quod si adhuc tibi dubia videtur praefata sententia, sufficiat ad deponendum dubium & habendum bonam conscientiam, probabilitas eiusdem opin. quoad quidem eam tenent plures Patres ac viri grauissimi vrgentibus satis fundamentis. Nam quando super aliquo + puncto sunt diuersae sententiae auctorum ambagae probabiles, poterit vnusquisque suam conscientiam conformare cum qua maluerit eorum, propter dubium existens & auctoritatem doctorum vnaquamque tenentium. Conducunt + tradita per Mercad. 24 in tract. De vtriusq; contractus, lib. 4. c. 18. De como hande restituyr los que son causas terreas del danno, fol. 217. ubi loquens in aduocatis, inquit, quod in causis ciuilib. dubijs in iure vel in factis, super quorum veritate & iustitia sunt diuersae opiniones inter doct. potest aduocatus defendere quauilibet earum partium: imo addit, non esse necessarium (quamuis sit securius) vt semper probabilior partem agat, quia sufficit, quod ea, quam defendit, habeat suam probabilitatem absolute rationum & patronum, quauis pro contraria sint efficaciores aut grauiores: & ante eum idem in eodem casu probauit Dom. Sot. lib. 5. de iustitia & iur. q. 8. ar. 3. pag. 463. col. 1. ubi docet, quae cautela vti debeat aduocatus, quando infirmior causam atque debiliorem defendit: idem latissime examinans atq; bene declarans plures DD. in id citans probauit Burg. de Paz in proemio l. Taur. à num. 397. & plurib. sequentib. Sed melius omnibus acutissime, licet prolixius aliquantulum, differt hanc materiam eligendi opinionem inter duas, pluresque probabiles, vel vnam probabilior altera, Anton. à Cordub. lib. 1. de ignorantia sui quae q. 3. per totum, qui omnino videndus est in materia. In summa, iura + inter dubias opiniones vnam eligere indifferenter, bona tamen fide, videtur concedere, vt traditur in cap. expellamus, de feris, cum simil.

similibus, quod ita docet plures allegans auctores hoc tenentes Salon de Paz ubi supra, in proemio legum Tau. nu. 402. fol. 60.

Cum igitur in specie nostra sententia affirmatiua, quam defendimus, vrgentibus satis rationibus comprobatur supra, & grauissimorum auctorum testimonio atque fide roboratur, ac per eam praeterea consulatur vitae ac famae hominum, consequens est, vt ipsam quis tuta conscientia sequi possit absque vilo scrupulo ac per consequens consulere iuxta eam: quod si adhuc quis conscientia conuictus non possit sequendo praed. opin. aut deponat conscientiam, aut absteineat à celebrando, vltimo ex d. decreto 6. sacrosancti. Concilij. Trid. sess. 24. deducitur, licet Episcopi in quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostolicae referuatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in dicecisi sua per se ipsos aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiae gratis absolueret, imposita poenitentia salutari: idemque in haereticis crimine in eodem foro conscientiae, eis tantum, non eorum vicariis esse permissum. Ex quibus vltimis + verbis colligitur, ab excommunicatione propter haereticum crimen Papae referuata (à qua etiam per Bullas Cruciatas nullus propter inquisitores olim poterat absolueri) * vt bene lateque probat C. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 1. n. 15. per totum de sententia excommunicationis, l. 6. sequitur Ioan. à Roias contra Domin. à Sot. in 2. par. de haeret. assert. 39. & de priuilegijs, n. 416. ubi dicit, hoc hodie plenus declaratum esse per motum proprium Pij V. Calend. Febr. 1572. & Nau. in manual. Latin. edito Vallisoler. an. 1588. c. 27. n. 245. T. assise declarata oia expressamente en las Bullas de la Cruzada, & late probat Eman. Roder. in explicatione Bullae Cruciatas §. 9. n. 7. & nouissime Henricus in sua Summa Theol. mor. l. 3. c. 16. nu. 2. pag. 445. vbi limitant, nisi particulariter & distincte hoc concedatur in Bulla vel iubileo. * Hodie si huicmodi crimen fuerit occultum, ita vt non possit in iudicium deferri, Episcopi & non eorum vicarij, qui modo in Ecclesijs Cathedralibus poenitentiarj dicuntur, absolueret poterant, vt ex illo text. deducit F. Ioseph. Angles in suis florib. Theol. q. 1. in quae q. de conf. in difficult. poterit ne alius à Romano Pontifice in foro conscientiae + censuris &c. Concluf. + vnicuique praefatus auctor intelligit & recte meo iudicio praefatum decretum Conc. Trid. ibi, idem & in haereticis crimine: in crimine haereticis occulto, quod non possit in iudicium deferri, hoc est in occulto per accidens, quod probari non potest (quamuis exterius pronuntiatum sit) nisi per solam confessionem delinquentis: in alio vero fere occulto crimine haereticis, quod vni vel paucis testibus notum est, contrarium existimo, nempe vt ab eo Episcopus vigore d. decreti absolueret non possit, cum ipsum loquatur in occultis & in foro conscientiae duntaxat. Quare Bullae Cruciatas hodierna, quae prohibent confessoribus absolueret à crimine haereticis, + cum habeant excommunicationem referuata, à qua confessorij absolueret non possint, cum eis sit expresse interdictum per dictas Bullas, intelligenda sunt tam in publico quam in occulto per accidens crimine haereticis: secus est in omnino occultis, hoc est in mentali haereticis, quae exterius non prodit: Ab ea enim absolueret poterat praedicti confessorij, quoniam hac mentalis haereticis non est punibilis ab Ecclesia, ac proinde non habet excommunicationem annexam, vt est praedict. & ideo patet conuictus ab ea absolueret, secund. Simanc. ubi supra. d. tit. 42. n. 11. quasi Bullae prohibentes absolueret à crimine haereticis, de hac praesentibus non sentiant nec intelligenda sunt, sed de illa tantum, quae exterius prodit. Est tamen verum, quod Nau. in Manual. Latin. c. 27. n. 271. vers. 15. quod nullus praeter Papam, &c. tenet, quod neque

Episcopus possit absolueret ab haereticis, quae prodit exterius & sic habet censuram annexam, licet ipsa haereticis sit occultissima, quasi Concilio derogatum sit per Bullam Coenae Domini: quae opinio probabilior est & vide infra num. fin.

Ex eisdem + verbis supra citati decreti 6. Conc. Trident. sess. 24. ibi, Et non eorum vicarij, dubia redditur sententia F. Anton. à Cord. in suo tract. De casis de conciencia, q. 8. existimantis, Episcopum post Concilij. Trid. posse committere alicui sacerdoti absolutionem haereticis occultae cuiusdam monialis sibi subditae, postquam notus sibi fuerit casus, quamuis non persona nominatim monialis: quod ibi aliquib. rationib. probare contendit, respondens ad d. decretum in verbis modo relatis, vt velint nempe significare, quod vicarij generales Episcoporum hoc facere non possint, nec Episcopi ad id deputate vicariis, absque eo, quod sibi prius notitia detur, quando casus contigerit: quamuis possint ad absoluerendum ab aliis criminibus, illis à iure referuatis, & aliis occultis Papalibus, de quibus in verbis praecedentibus eiusdem decreti: quia Concilij non prohibet, quod Episcopi possint committere aliis absolutionem haereticis occultae in casu particulari, sed non permittit hoc priuilegium & auctoritatem vicariis Episcoporum, sed tantum ipsimet Episcopis.

Nihilominus contrarium verius videtur ex eodem decreto, quod hanc differentiam nominatim constituit inter casus occultos sedi Apostolicae referuatos & haereticis crimine, vt ab illis possit absolueret per se vel sui vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiae gratis, imposita salutari poenitentia: ab hoc vero per se non autem per eorum vicarios: ergo vt diuersitas hoc casu à Concilij. statuta in omnibus recte verificetur consequitur, vt quamuis in priori specie Episcopi ad id possint deputate suos vicarios speciales, ad hoc tamen minime: expendi enim debent verba illa, Ad id specialiter deputandum; Nam non dicit deputandum, sed ad id deputandum: significare ergo videtur, quod postquam casus occultus sedi Apostolicae referuatus, successerit, debet deputari vicarij speciales ad absoluerendum ab eo: Ergo in crimine haereticis occulto, in quo diuersimodum statuitur, secus erit: & quauis priori casu sufficiat vicarij specialiter deputatus ab Episcopo ad suos casus, nempe Episcopalis, prout sunt canonice poenitentiarj in Ecclesijs Cathedralibus instituti, & si qui sint alij, qui eos habeant ab Episcopo commissos, non inde consequitur, vt in crimine haereticis occulto possit post notitiam eius Episcopus committere specialiter alicui sacerdoti absolutionem à praed. crimine: Quoad quidem d. Conc. prohibet vicariis Episcoporum huicmodi absolutionem & non solum intelligitur de vicariis generalib. sed & etiam de specialib. ad id deputatis, vt vere differentia in omnibus congruat superioribus & ita Ant. à Cord. praed. ubi supra quamuis tenet priorem partem, in fine tamen quaest. inquit, securus esse, recurrere ad Papam per declarationem. Quod si in istis, quomodo poterit Episcopus aut vellet audire in confessione huicmodi poenitentem occupatus variis negotijs: respondeo, quod poterit absolueret ab excommunicatione huicmodi haereticis occultae virtute d. decreti Conc. Trid. quo facta sublati est referuatio remittereque poterit poenitentem suo confessori absoluerendum iuxta tradita per Caier. in sum. verb. casus, quae refert & sequitur Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 254. vers. 5. * Quod ita fieri posse in terminis nostris, post huius operis primam editionem tenet nouissime Eman. Rod. in explicat. Cruciatas §. 9. n. 79. circa fin. tamen prius sequatur & probet epicheia quadam opin. Ant. de Cordub. de qua supra, quam etiam indubie, vt veriore probauit Nauar. conf. 15. l. 5. de sent. excomm. p. 3. cum seq. sed

sed neuter eorum respondet nostro fortissimo fundamento ex præd. decreto Concil. Trident. desumpto pro nostra contraria opinione, & ideo eam veritatem & probabiliorem existimo,

Hæc que dicta sunt de facultate Episcoporum absolventium à crimine hæresis occultæ per accidens, ex d. cap. 6. session. 24. sacri Concil. Trident. vera sunt & procedunt attendente illius decreti facultate Episcopis concessa veruntamen hodie per Bullam in Cæna Domini legi solitam hæc facultate Episcopi vti non possunt: In eadem namque bulla, an. 1581. lata, casu 22. inquit Summus Pontifex Gregorius XIII. Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de fando Ecclesie mandatis & satisfaciendo cautione præstita absolvi possit, etiam prætextu quarumcumque facultatem & indulgentiarum, quibuslibetque personis Ecclesiasticis, secularibus & quovismode ordinum, etiam mendicantium & militiarum regularibus etiam Episcopalis vel alia meliori dignitate præditi, ipsisque ordinibus, &c. ac cuiusvis Concilij decretorum verbo, literis aut alia quacunque scriptura in genere & in specie concessorum & innovatorum, ac concedendorum & innovandorum: Ex quibus verbis manifeste colligitur iam non licere Episcopis vti præfata illa facultate Concilij Tridentini; Nam eisdem verbis ei derogat Summus Pontifex, vt patet ibi, etiam Episcopali vel maiori dignitate præditi: & postea ibi, ac cuiusvis Concilij decreta &c. Et Pius Quintus de hac re consultus idem respondit. Et Gregorius XIII. Prædecessoris sui vestigia sequendo idem declaravit, cum de eadem re etiam consulere, vt à viro religiosissimo ac fide digno accepimus, & testatur Nauar. vbi supra num. 28. Sixtus * tamen Quintus successor Gregorij XIII. in Bulla in Cæna Domini excipit, nisi casus in illis literis expresse comprehendatur: quo existente indubium videtur quod dictum decretum sacri Concilij Tridentini in suo robore intactum remaneat, sique licebit Episcopis vti prædicta facultate Concilij Trident. vt voluit idem Nauar. in editione anni 1584. nu. 260. & 265. & melius Epan Roder. in explie. bullæ Cruc. §. 9. n. 7. & latissime plures alios citans, & bene probat Henricus vbi supra c. 14. nu. 7. litera M. pag. 439 & cap. 16. n. 1. pag. 444. & nouissime idem probat cum aliis Candelabrum aureum 7. Sacrament. in tit. de absolut. n. 13. pag. 234. & voluit idem Nauar. de sentent. excommunic. conf. 15. num. 1. & 2. *

S V M M A R I V M

1. Moniales nullo modo debent exire à suis monasteriis, nisi ex causa magni incendij vel infirmitatis, lepre aut epidemice.
2. Sed an ex aliis infirmitatibus grauioribus, ex quibus iudicio medicorum mors timeatur, id liceat? late discutitur & nem. seg.
3. Morbus talis & tantus, ex quo euidenter constat, non posse monialium cum aliis absque graui periculo commorari, est sufficiens causa, attendente iure communi & Concil. Trident. vt moniales exire possint à Monasterio.
4. Exheredari possunt filij, non solum vna ex quatuordecim causis à iure expressis, sed etiam ex similibus: idem in donatione, que non solum ob causas à iure expressas reuocari potest, sed etiam ob similes, vt in n. 6.
5. Dicitur taxatim non excludi casus similes.
6. Motus proprius Pij Quinti super clausura monialium expenditur.
7. Ob instum timorem belli licitum esse exitum monialium à suis monasteriis.
8. Moniales exire potest à Monasterio electa in Abbatisam alterius, vt illic presit.
9. Licitum est prelati monasteriorum monialium ex causa

utilitates ipsorum concernente, mutare moniales de vno in aliud ad habitandum.

C A P V T X I V .

De monialibus, an ex aliis causis iustis, præter tres contentas in constitutione Pij V. possint à monasterio exire?

Plus t̄ Quintus felicis recorda. olim Pontifex Maximus sanctissima sua constitutione statuit; Nulli monialium quarumcumque de casero à monasteriis exire licere, etiam infirmitatis seu aliorum monasteriorum, etiam in subiectiorum aut domorum parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum aliam occasione & pretextu, nisi ex causa magni incendij vel infirmitatis, lepra vel epidemice, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum seu alium loci ordinarium, etiam si præd. monasteria ab Episcoporum & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expresse in scriptis approbata sit. Sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere: aliter autem, quam vt præfertur, egredientes seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes ac illarum receptatrices personas, siue laicas aut secularis, vel Ecclesiasticas, vel consanguineas, excommunicationis maioris lætæ sententiæ vinculo, statim eo ipso absque alia declaratione subiacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant, & insuper tam egressas quam prædentes & alios superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitates, officia & administrationibus per eas & eos tunc obtinent. priuauit, & illos ad obtenta & alia in posterum obtinenda inhabiles, &c.

Frequentissime t̄ tamen in praxi solet dubitari, An prædictæ tres exceptiones extendantur ad quemlibet morbum non contagiosum, de quo tamen medici in arte periti iudicant aliquam notabilem morturam si non exeat monasterium in aliquo locum illo tali morbo infecto salubritatem, & si exeat minime? Et videtur extendenda esse sequentibus fundamentis.

Primo, ex t̄ rex. in c. periculo, de statu regul. l. 6. vbi ita statuitur. Sancimus, vniuersas & singulas moniales presentes atque futuras, cuiuscunque religionis sint vel ordinis in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de casero permanere clausura, ita quod nulli earum religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat, quacunque ratione vel causa (nisi forte & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non possit cum aliis absque graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egredienti facultas: qui tex. Bonifacij VIII. renouatur hodie in Concil. Trident. sess. 25. c. 5. de regul. vbi in proposito additur. Nemini autem sanctimonialium licet post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscumque & priuilegiis non obstantibus. Quintimo idem Pius Quintus per suam extrauagantem incip. circa pastoralis, anni 1566. IV. Cal. Iunii editam, renouauit, tam constitutionem Bonifacij VIII. supra relata, quam decretum præfatum Concil. Trident. Ergo iuxta omnia suprad. casus nostræ quæst. expresse remanet decisis affirmatiue in fauorẽ monialis huiusmodi tali verbo periculo laborantis: Satis enim legitima causa exeundi à monasterio videtur ad euitandam mortem, quam alias incurret iudicio Medicorum doctorum, ad hoc, vt Episcopus eam debeat approbare iuxta tenorem d. Concilij.

Secundo pro eadem parte facit; Nam licet parentibus

bus licitum minime sit, liberis exheredare, nisi aliqua ex quatuordecim causis, de quibus in authent. vt cum de appellat. cogno. §. aliud quoque capitulum, ibi, vt præter ipsa nulli liceat, &c. collat. 3. Cui concordat l. 4. tit. 7. part. 6. adhuc t̄ tamen ex aliis similibus causis poterunt etiam filios exheredare: ita in specie d. §. aliud, tenet Guillem. de Cugno in authent. non licet, C. de lib. præ. vel exhered. ibi communiter DD. eandem opinionem sequuntur, vt testatur ibid. Alexand. nu. 4. l. 6. & Curt. Jun. 23. & præterea Rip. in l. fin. nu. 138. C. de reuocand. donat. idem Rip. in rubric. de iudic. nu. 19. Curt. Jun. consil. 182. nu. 10. D. Couar. in cap. Raynuius, in princ. de testam. num. 16. Anton. Gomez. in 1. tom. variar. cap. 1. n. 12. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. col. 100. Vigilius in §. igitur, nu. 6. de iustit. testam. Quamuis ipse contra commune tenet: dicit etiam commune Gregor. Lopez in d. l. 4. tit. 7. in gloss. des heredar. quamuis se remittat ad dicta per le in l. 8. eod. tit. 7. part. 6. vbi ipse tenet contra commune per illum legem, quatenus probat, Quæst. per aliquam orarazon qualquier, que no fuisse de las sobredichas desheredasse el padre à su hijo, no valdrán tal desheredamiento. Nihilominus tamen commune sequitur Petrus Placo de delictis, c. 1. nu. 15. cum seg. dicens, iuxta eam esse intelligendam d. l. 8. Ergo ita & eodem modo dicendum videtur in proposito, vt prædictæ tres exceptiones speciales, de quibus supra non excludant similes, quamuis constitutio præfata vtarum ditione taxatiua, Nisi t̄ quæ non excludit casus similes iuxta gloss. in l. ob as absentem tantum, C. de præd. & aliis reb. minor. verb. alienum. Et commune secundum Ant. Gomez. in 1. tom. variar. cap. 1. n. 12. D. Ant. de Padil. in authent. res que, nu. 81. C. commun. de legat. vbi alios citant: sed satis similis casus prædictus est nobis, quandoquidem præsupponimus in eo, monialem morituram, nisi exeat à monasterio curanda in alium locum illi salubritatem, vt medici asserunt, quibus credendum est in sua arte, iuxta text. in l. femel, C. de remilit. lib. 1. cum materia. Ergo idem ius statui debet in casu nostræ quæstionis, arg. l. illud, cum materia, ff. ad leg. Aquil.

Sic t̄ etiam videmus, quod quamuis ob solas quinque causas possit donatio reuocari, vt in l. fin. C. de reuoc. donat. cum similib. Gloss. tamen ibi communiter recepta habet, etiã ob alias similes posse reuocari, vt refert Felin. in c. pastoralis, de rescrip. à n. cum seg. Rip. in d. l. fin. 137.

Tertio, pro eadem parte facit; Quia credendum est, Pio V. fuisse mentem adeo piam, vt talis ægrotæ misereretur, quia defensio naturalis nemini est tollenda, vt in clem. pastoralis, §. ceterum, de re iudic. l. vt vim, ff. de iustit. & iur. cum similib. quare si de hoc casu fuisset interrogatus, idem responsum præsumendum est, iuxta gloss. communiter approbatam in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Et ita Gregor. XIII. similis memoriæ, monialibus cuiusdam illustri monasterij licentiam & facultatem concessit, vt quocumque ingrederentur periculosa infirmitas, pro illa curanda absque conscientie serupulo vel alicuius pœnæ incursu à monasterio exire possent, & ad domos parentum seu consanguineorum accedere, ibique per congruum tempus prædicta ex causa dantaxat manere, & deinde de illud redire libere & licite: vt refert egregius Martin. Nauar. in comment. ad cap. statim, 19. quæst. 3. super expos. d. motu proprii, de quo nunc agimus, nu. 49. vbi hanc partem affirmatiuam in terminis nostræ quæstionis, per prædict. extrauag. tenet atque probat.

Nihilominus t̄ tamen ipse in specie præfata contrariam sententiam libenter probat, imo quod dictus motus proprius Pij V. dum expresse prædictas tantum tres causas exeundi moniales à suis monasteriis, nempe magni incendij, infirmitatis lepre aut epidemice (quæ epidemia, vt medici asserunt, est morbus pestifer) non

extendatur ad casum nostræ quæstionis, ita vt in illo liceat dare licentiam moniali exeundi à monasterio: Quia etiam si iustissimus sit atque piete plenus, adhuc excluditur à Pio V. in præfata sua constitutione. Quandoquidem primo ponit regulam generalem prohibentiam egressus monialium à suis monasteriis, atque eam extendit etiam infirmitatis occasione, & postea tres illas tantum causas excipit à regula negatiua prædentes, & præterea postea excommunicat ipso facto aliter, quã vt præfertur, egredientes seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes necnon comitantes, &c. atque dignitatibus officiis & administrationibus priuat & inhabiles reddit ad obtenta & alia in posterum obtinenda: itaque postea prædictam regulam & exceptiones particulares & speciales, addit decreti pœnale aduersus aliter facientes, sique inducit formam, quæ omnino atque præcisè obseruanda est & nullo modo prætergredienda, iuxta textum cum materia in cap. cum dilectis, de rescrip. vbi Felin. regulam cum ampliatiouibus & fallentis assignat, præcipue cum in principio dicitur, Aliate occasione & pretextu, nisi, &c. & pœna contra facientibus. sit grauior imposita, quam sit in Ecclesia, nempe excommunicationis lætæ sententiæ, vt inquit D. August. in cap. corrigianus, 24. quæst. 3. Quis igitur auderet contra verba ita perspicua & clara Summi Pontificis exponere periculo excommunicationis lætæ sententiæ: Papa reseruate? nemo profecto sane mentis.

Secundo, t̄ & peremptorie meo iudicio, hæc pars verissima probatur: Quoniam expressa mens Summi Pontificis Pij V. in præfata sua constitutione in omnibus tribus causis, ex quibus permittit licentiam concedi posse monialibus, exeundi à suis monasteriis, ea est vt tunc demum id liceat, quando causa tangat omnes moniales dictorum monasteriorum, sique communiter ipsarum, eisque commune sit, ita vt damnum non exeundi omnes concernat: scus si singulas infirmas: In priori etenim specie, hoc est, pro salute omnium tantum, ne totum monasterium pereat, prudentissime ac non minus sanctissime Summus Pontifex permittit, vt communitati consulere, posse concedi licentiam singularibus monialibus exeundi, ex prædictis tantum causis ibidem expressis: In posteriori autem minime, cum minus inconueniat, vt singule moniales, postquam professæ fuerint, in monasterio, cuius clausuram perpetuo promiserunt, moriantur: Quandoquidem in hoc summe merentur, quam vt exeant foras, præcipue, cum etiam Medici aliud autem, extra monasterium contigerit ita morituras sicut intra, præcipue si infirmitas est mortalis, nemo enim potest vitare diem vocationis Dominicæ: & quod hic sit sensus clarus atque expressus dicte constitutionis, patet ex eisdem tribus causis ab eadem exceptis, & quidem prima magni incendij: Quia propter magnum incendium, certum & euidenter est, omnes simul moniales ibidem perituras, nisi prius exeant à monasterio. Præterea infirmitatis lepre: Quia infirmitas hæc est contagiosa, quod si radix & origo foras non euiciatur, hoc est, monialis hoc morbo infecta, cito omnes eiusdem monasterij inficiat atque proinde peribunt. Præterea epidemice, quæ, vt prædicimus, pestifer morbus est, ac eadem ratione contagiosa, siquæ omnibus prædicialis: Ex causis igitur communibus omnibus monialibus licita erit egressio, ex particularibus autem minime: Quare dissimiles maxime sunt prædictæ tres exceptiones à casu nostræ quæstionis, in quo minime suppominus, contagionem aliquam lepre nec morbum pestiferam esse, sed particularem monialis infirmitatis, quæ ipsam non egreditur: Ergo quamuis ipsa in monasterio moriatur, merito vt ab eo egredi non debeat: & quamuis Nauar. vbi supra seculerit, dictam constitutionem loqui de morbo contagioso, non tamen